

ponant, & melioribus rationibus in concludant, ut contingit in proposito, præferuntur deponentibus de fana mente. Ita in terminis cum aliis quos refert, recenset D. Burgos de Paz *conf. 11. num. 18. ubi num. 19.* quod testes de sana mente deponentes, debent concludentem, et non interrogati, rationem assignare, præmaxime in nostro casu, in quo testes deponentes de non sana mente sunt plures numero, quam deponentes contrarium, qui sunt pauciores: sicque nihil nobis obest supradictæ opinio Correi in præsentis casu. Quo fit, ut necessario domini iudices plus credere debeant testibus fororis defuncti, quam contrariæ partis: quandoquidem ipsi magis scire possunt, quanta fides sit testibus adhibenda, ut in l. 3. §. 1. ff. de testib. Maxime, quia iustitia fororis non solum hoc nititur fundamentum, sed aliis simul iuris decisionibus atque rationibus, ut ex infra dicendis apparebit. Vnde omnia simul iuncta rem manifestam faciunt in fauorem fororis. Et quamvis Corneus & Decius ubi 3. & Cardinal. ab eo relatus *conf. 36.* concludant pro donatione, aduersus tamen eam resoluit Alex. in duobus locis citatis a Decio ubi supra, etiam eo casu, quo testes instrumentarii deponent in fauorem donationis: in casu autem Soc. ubi 7. non erat bene probata dementia. Sicque remanet satisfactum supradictæ. Doctoribus tenentibus contrarium.

14 Secundo & principaliter in fauorem fororis facit. Nam optime probatum est, patre aduersæ partis tempore prædictæ donationis & multis retro annis, item & post fuisse curatorem auctoritate iudicis prouisum D. Petro mente capto, & ut talis curator ipse rexit & administrauit bona ipsius. Sed sic est, quod tutores non solum non possunt contrahere cum suis minoribus, nec hi illis donare bona mobilia, nec immobilia, ut de iure probat Petrus Duennas in *regul. 31. incipit, administratores seu officiales, in 2. conclusionem, cum suis ampliationibus.* Quod procedit etiam in quolibet administratore & gubernatore, ut probat Petr. Rebuff. ubi supra, gl. 9. in *prin. num. 1. & 2.*

15 Sed etiam habet locum in persona consanguinei ipsius tutoris siue curatoris, quia nec ipsius consanguineo minores donare possunt: nam alias fieret fraus de persona ad personam, ut in l. pupillus, §. sed & si per interpositam, ff. de aucto. tutor. Vbi inquit text. Sed & si per interpositam personam rem pupilli emerit, in causa est, ut emerit nullius momenti sit, quia non bona vide videtur rem gessisse. Quod intelligit ibi Bar. num. 3. quando interposita persona est subiecta iuri illius tutoris vel curatoris. Verum expressus hanc opinionem probat text. ille in fine dicens: Si filius tutoris, vel que alia persona iuri eius subiecta emerit, idem erit, atque si ipse emerit. Notatur etiam per Doctor. in l. fraus, ff. de legibus, & tenet Petrus Duennas ubi supra in 5. ampliatione secunda Regula. Et

16 in terminis nostris per prædicta ita expresse determinat Petrus Rebuffus ubi supra, gl. 1. in fin. pag. 161. dicens, quod si donaretur consanguineo tutoris filio forte, aut filia vel nepti tutoris a pupillo, non valeret donatio. Sed præfata donataria est filia curatoris subiecta eius iuri: Igitur prædictæ donatio est nullius momenti, etiam si prædictæ defunctus mente captus minime fuisset, propter hanc solam rationem, quod facta fuerit filia curatoris ipsius, quod est prohibitum. A fortiori igitur non valebit concurrente prædictæ mentis defectu. Nec obstat si dicatur, hoc procedere & loqui in donationibus factis a minoribus suis tutoribus vel curatoribus. At vero nos agimus in donatione facta a maiore habente curatorem filia ipsius curatoris, quo casu diuersa ratio viderur, ac per consequens diuersa debet esse iuris dispositio. Nam respondendo, quod præfati Doct. loquuntur in contractu vel donatione facta cuiusque; administratori, ut supra visum est.

Item in terminis hoc ipsum tenet Rebuff. ubi 7. d. gl. 17. 9. num. 1. 4. in fin. dicens, idem esse in aliis, qui curatorum ope iuuantur, ut in l. Fulcinius, §. plane, ff. quibus ex causis in possessione. Quæ opinio optime probatur per text. in l. 2. C. de curat. furios. vel prod. dand. Vbi probatur, quod iura loquentia de minoribus, extenduntur & procedunt etiam in furiosis, prodigijs, & mente capis. Et ibi notant illum text. ad hoc Bald. & ceteri Doct. præcipue gloss. famosa verb. ad agnatos, quæ idem probat in prescriptione & aliis beneficiis, quæ minoribus dantur, ut in l. fin. C. in quibus causis restit. in integ. non est necesse sequitur Alex. in l. Imperatores, nu. 4. ff. de re iudic. dicit communem idem Alex. in l. sicuratore habens, nu. 4. C. de integ. restitutione minorum, & ad hoc illam gl. dicit ordinariam Paulus de Cast. in l. tutor pupilli, §. prodigijs, ff. de iur. iur. & ibi Ias. nu. 1. qui alios refert, dicit vnicam plures allegas & eam sequutus Ant. Gom. c. de restit. minor. nu. 30. Ita etiam bona curatoris furiosi vel prodigi sunt tacite hypothecata pro reddenda ratione curæ, ut tradit argumento dicti gl. Greg. Lop. in l. 3. tit. 13. part. 5. gl. mag. vers. sed quid de bonis, & c. Non obstat etiam, quod aliqui testes aduersæ partis voluerunt significare, dictum defunctum spontanea voluntate & vitio in se ipso prædictam donationem, ut vellet recipere dictam donationem. Quia præterquam, quod contrarium indicant testes fororis, potuit ante curatorem, imo præsumitur, prædictæ defunctum sollicitasse & induxisse, ut filia propriæ, scilicet curatoris, donaret fraudulenter. Et sic interposita persona filie existimans hoc modo licere donare, cum sibi directo donare non liceret, ius tamen vitiumque prohibet.

Tertio & vltimo in fauorem eiusdem fororis facit, quia ipse defunctus grauitè læsus fuit donando, ut optime probatum est in processu in prima instantia.

Præcipue, quia fuit donatio omnium & bonorum, vel quasi. quo casu præsumitur fraus, argumento text. in l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit. Alex. and. *conf. 55. numer. 5. lib. 1.* Item donatio, maxime omnium bonorum, est & dilapidatio, non autem diligens administratio, l. fin. ff. de curat. furios. l. filius, ff. de donat. Alex. and. *conf. 86. num. 15. lib. 6.* quia donare est perdere, l. contra iuris, §. final. ff. de pact. Mala autem administratio sonat potius in furorem, quam in sanum consilium, l. is, qui, in fine, ff. de iur. & curator. dat. ab his, Alex. and. ubi supra. maxime, cum iste donans haberet forem pauperimam, donare extraneæ species dementia est. Quæ læsione sic data, quemadmodum ipse posset auxilium restitutionis in integrum uti aduersus dictam donationem propter hanc læsionem, iuxta l. secundam cum sua glossa ibidem communiter approbata, Codic. de curat. furios. vel prodig. supra allegata, ita & ipsius heres, quæ est soror prædictæ.

17 Quia beneficium restitutionis transit ad heredes & ceteros successores vniuersales, text. est expressus in l. non solum, ff. de restit. in integ. & ibi gloss. i. alia plura iura ad idem allegat, scilicet l. minor, §. final. & l. sequent. ff. de minorib. & l. 4. §. penult. C. de temporibus in integ. restitutione petend. & alia tradit bene Anton. Gom. de restit. minorum, num. 6. in principio, approbatur hodie in l. 8. in fine ut. in pagin. 6. declarat bene Matthæus de Afflicis dec. Neapolitan. 211. dicens, fuisse votatum in consilio Neapolitano, prout dicit Bart. in l. interdum, ff. de minorib. Quod si causa restitutionis in integrum non est principaliter fauore personæ minoris, sed causa restitutionis est deceptio & læsio, transit talis restitutio ad heredem maiorem. Et ideo beneficium, quod competeat minori ratione læsionis, competit eius heredi licet maiori. Et, quod ita fuit concessum heredi maiori, non quidem ratione personæ minoris, sed ratione, quia minor fuit læsus. Ergo cum in præsentis iste defunctus fuerit læsus in prædicta donatione, ut est bene probatum, & pro

& pro parte ipsius heredis etiam minoris sit petita in integrum restitutio, consequens est, ut ei concedenda sit ipsique quoque proficit.

S V M M A R I A.

- 1 Concessio bonorum Ecclesie in emphyteosin perpetuam est prohibita a iure.
- 2 Hoc fallit, si res sit solita ab antiquo in emphyteosin concedi vel in feudari, & simul constet de euidenti Ecclesie utilitate.
- 3 Debet etiam tunc seruari solemnitas consueta.
- 4 Consuetudo disponens circa in feudationem rei consueta in feudari, ut Prælatus solus possit eam facere in hominibus, in quibus ipse habet administrationem diuisam a Capitulo, valet.
- 5 Episcopus res ad suam mensam pertinentes, vel res cathedralis ecclesie alienare non potest sine consensu Capituli, nisi res sit parua, & necessitas magna.
- 6 Episcopus non potest vniuersam facere sine consensu Capituli.
- 7 Prælatus non potest vniuersam Ecclesiam suæ mensæ vel Capituli, de consensu Capituli, quia non potest auctorari in causa suo proprio.
- 8 Ius Canonicum ita prohibet alienationem rei parue bonorum Ecclesiasticorum, sicut magna.
- 9 Deponitur alienans prædium Ecclesie, etiam exiguum.
- 10 Cap. terr. ius, §. 2. g. intelligitur.
- 11 Error iuris quamuis non sufficiat ad usucapionem, sufficit tamen ad acquisitionem fructuum. Sed hoc intelligitur de errore iuris actus non assistentis nec interdicens, nu. 19.
- 12 Emptor contra iuris prohibitionem est in mala fide.
- 13 Error iuris prohibitorius seu interdictorius, inducit malam fidem, siq. impedit fructuum acquisitionem.
- 14 Emens bona Ecclesie, non seruatis debitis solemnitatibus, tenetur quoque ad fructuum, præter res ipsius indebitæ alienatæ restitutionem.
- 15 Emptor frustra ratione motus putasset interuenire solemnitati, quæ reuera non interuenit, excusatur a fructuum restitutione.
- 16 Vir prudens & sagax valde hoc casu tenetur ad restitutionem fructuum.
- 17 Causa alienationis, ubi fuit legitima & non fuit seruata forma, emptor in foro conscientie non tenetur ad fructuum restitutionem.
- 18 Nullam esse differentiam inter alienationem rerum minorum & Ecclesiarum sine solemnitate debita respectu acquisitionis fructuum, sed utroque casu eos esse restituendos.

CONSILIVM XV.

1 IN causa Illustrissimi Episcopi Placen. cum defensionem bonorum Magnifici quondam Laurentii super reuocatione & annullatione alienationis, ut præterditur, factæ eidem de quodam prædio dicto Castaneto mensuræ Episcopalis, p. annuo reddito perpetuo, modico atque vili, liquet ex meritis causæ minime cum consensu Capituli dictæ ecclesie, prout a iure requiritur, cessionem ipsam processisse in distractione rei ecclesiasticæ requisito iuxta text. in c. de his, quæ sunt a præl. sine consensu Cap. & in c. sine exceptione, §. 2. q. 2. Sicque nobis videtur, præfata alienationem fuisse nullam propter non obseruatam solemnitates iuris: quæ ita a iure prohibita est concessio in emphyteosin perpetuam bonor. Ecclesie, sicut alia libet alienari: cum hæc idem sit, ut in c. nulli, de reb. Eccl. non alien. Et præterea in terminis prohibetur p. extrauagantem ambrosio, de reb. Eccl. non alien. Nam tempore præfate concessionis prædium hoc minime erat solitum in emphyteosin concedi, sed dignitas Episcopalis id habebat atque singulis ann. locabat, ut constat ex processu

nec est probatum contrarium. Quo existente iura d. extrauagantem, nulla bona ecclesiastica possunt concedi per contractum emphyteoticum, vel in feudari, nisi solita sint ab antiquo in emphyteosin concedi vel in feudari. Item debet constare de euidenti utilitate ecclesie, ut valeat concessio, & aliter factum est nullum, & contra faciens incurrit penas præd. Paulinæ, nisi alienatio fiat cum licentia Summi Pontificis, et non seruatis solemnitatibus iuris, ut bene resoluit Pet. Nunn. Auen. lib. 1. de excessu. mandar. Reg. c. 4. n. 38. Quæ licentia Summi Pontificis erat in nostro casu necessaria; Quandoquidem alienatio facta non fuit in casu a iure permisso, secundum Auen. ubi sup. n. 39. ad ff. & cum defecerit, fuit nulla. Et quis iure cõi attentio Episcopus possit in feudare bona Ecclesie, id tamen verum est de bonis solitis in feudari ab antiquo, ut in c. fin. de feud. etiam absque solemnitate, d. c. sine exceptione, §. 2. q. 2. secundum Felin. in c. cum causam, nu. 15. de sententia & re iud.

Debet tamen seruari solemnitas consueta. Hic est communis intellectus d. c. fin. secundum Couar. lib. 1. var. resp. c. 17. nu. 4. Addit aliud d. extrauag. scilicet, euidenti utilitatem: id quod aduertit Auen. ubi sup. n. 37. vers. iterum, & vers. sequ. Et quamuis ad præd. alienationem faciendam præcessit aliqua causæ cognitio utilitatis, ea tamen utilitas minime euidens fuit, nec prædium erat consecutum in feudari nec cõcedi in emphyteosin, siq. præd. alienationem comprehendit d. extrauagans ambrosio, in sui prohibitione & annullatione.

Quo fit, ut iure optimo existimauerit Felin. ubi supra, nu. 14. post Calder. quem refert, valere consuetudinem disponentem circa in feudationem rei consuetæ in feudari, ut Prælatus solus possit id facere in bonis, in quibus ipse Prælatus habet administrationem diuisam a capitulo, ut in d. Castaneto contingit, quia in eo habet Prælatus administrationem diuisam a Capitulo, quia est proprium mensæ Episcopalis. Et tñ nobis minime obest hoc dict. Fel. quia prædium hoc non erat cõsuetum in feudari nec in emphyteosin concedi, ideoque alienatio præd. fuit nulla. Innuenit enim Fel. Prælatum id facere minime posse, si res non erat cõsuetata in feudari. Et quis nus. sequ. dicat, Prælatum id facere posse, quæ non alicui consuetudo, loquitur tñ in ipse in re ab antiquo solita in feudari: prædium aut de quo agimus, minime vnq. fuit solitum in feudari, nec in emphyteosin concedi. Quo fit, ut præd. alienatio Episcopi fuerit nulla; maxime concurrente enormissima læsione, quæ ad fuit tempore contractus, quæ sola sufficit ad rescissionem ipsius restitutione in integrum petita, iuxta text. in c. ad nostram, de reb. Eccl. non alienat. De cuius tex. intellectu late agit D. Couar. lib. 1. var. resp. c. 3. n. 4. & sequ. Maxime tñ interest, quod alienatio iudicetur nulla ex priori capite, scilicet ob non seruatas solemnitates iuris propter fructus, qui tunc temporis veniunt restituendi, ut ex infra dicendis apparebit: qui tñ non restituuntur in calu d. c. ad nostram, ut ex ipso patet. Cõfirmantur tñ superiora, quia et si sequenda foret opinio Abb. in c. de his, quæ sunt a præl. sine consensu cap. quem refert & sequitur Sylu. in summa ver. alienat. nu. 4. asserentis, quod Episcopus res ad suam mensam pertinentes, vel res cathedralis Ecclesie alienare non potest sine consensu Capituli, nisi res sit parua & necessitas magna, ut in c. terr. ius, §. 2. q. 2. & si non habet Capitulum, quia ecclesia est destructa, loco canonicorum aduocet aliquos clericos honestos. Cuius principalis opinio probatur per text. in c. possessionis, iuncta sua gl. ad ff. de reb. Eccl. non alienat. & gl. in c. fin. §. 2. Vbi expresse tenent, quod Episcopus non potest alienare res ad suam mensam pertinentes, nisi de consensu Canonicorum & cõsubstante. Quomodo Episcopus non potest vniuersam facere sine consensu Capituli, clem. si vna, de reb. Eccl. non alien. licet vniuersum non sit ita prouidialis, sicut alienatio, ut tradit Io. Bapt. 222



de Caccialup. in tractatu de unione. art. 6. nu. 1. & 14. vol. 15. tract. duos. doct. fol. 151. ¶ Item si Ecclesiam suam mensa vel Capituli non possit unire Praelatus de consensu Capituli, quia non potest autorari in casu suo proprio, ut in d. l. Clem. si una, secundum Petrum de Perus. in eod. tract. de unione. c. 5. n. 19. & 2. fol. 155. Adhuc in nostro casu alienatio erit nulla, quia fuit facta sine consensu Capituli, & sic non fuit servata solemnitas, quam Abb. requirit Nec etiam necessitas aliqua aderat, vel probatur adesse tempore praefate alienationis, quae eam possit iustificare, quo fit, ut doctrina Abb. post glossas & sequacium sit in nostrum fauorem.

Superest modo, ut satisficiamus allegationi praecipua aduersae partis, quae nititur super intellectu d. c. terrulas. 12. q. 2. & similibus, asserentis, castanetum praed. esse praedium paruum, modicique laboris, ac proinde solum Episcopum absque alia solemnitate potuisse id alienare, iuxta dictum tex.

8. Cui respondeo, quod ius Canonicum ita prohibet alienationem rei paruae bonorum ecclesiasticorum, sicut magna, ut in d. c. sine exceptione, ubi quicquam, per quem tex. ita notat & probat alius Rebuff. in compend. alien. rerum. & cels. num. 58.

9. Imo deponitur si alienans praedium Ecclesiae, etiam exiguum, ut in cap. quicunque. 1. 17. q. 4. ubi, praedium magnum vel exiguum, vel quicquam de iure Ecclesiae alienare iudicatur. ¶ Non obstat d. c. terrulas: quia loquitur expresse & procedit in terris exiguis, & minus vilibus, aut longe positis, quae quidem possunt sine solemnitate alienari, sicut in aliis, & ad hoc accedit omnis pene turba doctorum, secundum Rebuff. ubi supra, nu. 60. qui alium nouum intellectum assignat illi text. in nostrum fauorem. Potest etiam & ille tex. intelligi, iuxta text. in d. c. sine exceptione, in illis videlicet rebus, quae Ecclesiae plus incommodi, quam utilitatis afferunt. Verbi gratia, si plus expenditur in edificatione vel cultura, quam recolligatur ex redditibus vel fructibus earum, ut notat Rebuff. ubi supra, nu. 124. & nu. 125. refert quatuor requisita ad hoc, ut procedat d. c. terrulas. Primo, quod res sit exigua & modica, ut probat tex. ubi, terrulas, & ubi, exiguis. Secundo, quod non sit Ecclesiae utilis, ubi, Ecclesia minus utilis. Tertio, quod necessitas fuerit, ubi, si necessitas fuerit. Quarto, quod licet ille tex. dicat his concurrentibus posse omitti consilium fratrum, alia tamen solemnitates requiruntur, cum illae non sint sublatae in illo tex. sed tamen consilium fratrum, in ceteris autem nihil est immutatum; Vnde quare extare prohibebuntur, arg. l. precipimus, §. fin. c. de appellat. & in l. sancimus, c. de testam.

In nostro autem casu minime concurrunt praedicta requisita. Quia licet d. praedium esset paruum, non tamen erat inutile dignitati Episcopali, sed imo potius utile, ut testes examinati in ipsa causae cognitione puia ad praed. alienationem faciendam declarant, quamuis adiciant, utilius esse, cedere in censum perpetuum. Nec est in loco longinquo, nec vllis reedificationibus egebat, nec necessitas alienationis instabat. Et paruo sumtu posset Episcopus facere inferi castanetum praed. siue ipsius castaneas in situas reddere, aliaque de nouo plantare, ut maximi redditus fieret, pro ut nunc est factum: sicque alienari minime potuit absque Summi Pontificis licentia, quia d. c. terrulas, alienationem non fouet, ut ex supra dictis constat, maxime, concurrente praed. enormissima laesione, allegata pro parte fiscalis.

Ex omnibus si supra dictis in hoc primo articulo inferatur ad decisionem alterius quaestionis, de qua etiam responsio exquiritur, An etiam fructus percepti ab emtore ex d. praedio sint restituendi domino Moderno Episcopo, saltem suo tempore percepti? Et videtur, quod non: quia iste emtor errauit in iure. Existimauit enim, solemnitatem, quae interuenit in ipsa alienatione, scilicet, con-

cessionem Episcopi cum causae cognitione super utilitate inde sequutura ipsi Episcopali dignitati esse sufficientem, maxime, propter paruitatem praedii, ut in d. c. terrulas. Error igitur iuris quamuis non sufficiat ad uelucationem, prodest tamen ad acquisitionem fructuum, ut in l. sed & si lege. §. si de petu. hered. & ubi notat Bar. & ceteri scribentes, tenet glo. expressa in l. si fur, §. 1. verbo, erranti, ad finem, ff. de usufruct. Est quoque communis & recepta sententia, ut plures allegantes resoluunt D. Couar. d. l. 1. var. resol. cap. 3. num. 8. & Arias Pinell. in l. 2. c. de res. ind. vendit. secunda parte, numer. 31. & sequentibus, Octavian. Cachet. an. decif. Pedemon. 159. nu. 5. & sequentibus, qui vltimus optime eam probat, & Io. Garf. in Tractat. de expens. cap. 23. ex nu. 24. & Menchac. lib. 3. Controvers. usufruct. quent. c. 70. ex nu. 9. Molin. in Consuet. Paris. l. p. 22. nu. 52. & etiam si ius resisteret ad excludendam praesumptionem male fidei, sufficerent quaecunque coniecturae deductae ex consuetudine, vel ex aliis circumstantiis, secundum Carol. Molin. ubi supra, nu. 52. & Io. Garf. nu. 28. & allegat plures Lamb. de Contrah. gl. 1. num. 20. Sed hoc non obstat contrarium est verius & tenendum, scilicet, ut d. praedium restituendum sit cum fructibus domino Episcopo, eiusque mensae, quia fuit alienatum absque iuris Canonici debitis solemnitatibus, & sic ipso iure prohibente, reclamante atque contradicente. Quo casu si datur mala fides in emtore, ut in l. quem admodum. C. de agricol. & censit. lib. 11. ubi, mala fidei namque possessorem esse nemo ambigit, qui aliquid contra legem interdicta mercatur. Idem probat tex. in cap. qui contra, de regulis iur. in 6.

Ex quibus si iuribus haec est communis resolutio doctorum, quod error iuris prohibitorii siue interdictorii inducit malam fidem, sicque impedit fructuum acquisitionem, ut cum gl. & Bart. ubi supra, & aliis deducunt D. Couar. d. nu. 8. & d. decif. Pedemon. 159. nu. 11. Id quod etiam constat ex Pinello, ubi supra.

Secundo si haec sententia in propriis nostris terminis alienationis rei Ecclesiae non seruata debita solemnitate, probatur tex. apertus in l. iubemus nulli, §. praed. c. de sacrosanct. Eccles. & in c. non licet Papa, 12. q. 2. tex. clarus in cap. si quis presbyterorum, ad fin. de rebus Eccles. non alienan. ubi, ut cum fructibus possint alienari a repositore. Per quae iura hanc nostram sententiam probarunt Abb. in cap. si diligenti, num. 23. de praescript. & ubi Paris. nu. 26. Thomas Grammaticus plures referens decif. Neapo. 79. num. 7. & sequi. ubi num. 9. dicit communem, eam que refert D. Couar. ubi supra. Ultra quos eandem sequitur Rebuff. ubi supra, nu. 107. Hanc resolutio esse veriorum & crebriorem late agens ad partes, asserensque iuxta eam iudicatum fuisse per senatum Pedemon. Octavian. ubi supra, per totam illam decisionem, praecipue nu. 11. & sequentibus. Et haec est magis communis & sustentabilior sententia (quae ius Innocen. velit, hoc casu emtorem bonae fidei a fructuum restitutione exculcare) ut testatur Felin. in c. cum causam, nu. 27. de re iudic.

Vbi opinio si Innocentii saluat, quando probabilis error facti esset, ut quia emtor iusta ratione motus putasset interuenire solemnitatem, quae vera non interuenit, quod & tenent alii relati per D. Couar. ubi supra, & per Octavian. d. decif. 159. nu. 9. ad fin. Sed in proposito hic error facti minime potest considerari, nec admitti, cum ius resistat, nec ipse allegetur. Praemaxime, cum d. emtor esset vir prudens & sagax valde, ut omnibus notum est. Quo casu, si iurati est litteratus, non excusatur a restitutione fructuum ob bonam fidem ex errore iuris causatam, secundum d. Aret. consil. 17. col. 8. vers. praeter ea alia ratione, Thom. Gramm. d. decif. 70. n. 7. & 8. & Octavian. ubi supra, alia adducet, Pinell. quoque ubi supra. Nec etiam oberit, quod ait Syluest. in summa verb. alienat. nu. 14. ex Ang. quem refert, scilicet, quod ubi causa alienationis fuit legitima

legitima, & non fuit seruata forma, emtor in foro conscientiae non tenetur ad fructuum restitutionem: quia in proposito constitit & constare debuit emtori, minime interuenisse solemnitatem a iure requisitam. Imo causa alienationis non fuit legitima, sicque omnino veniunt condemnanda bona defuncti emtoris, ipsorumque defensorum ad restitutionem praed. praedii, super quo lis vertitur, cum fructibus ex eo perceptis, quia alienatio fuit nulla propter non seruatas iuris solemnitates, ut in simili casu concludit Thom. Grammat. d. decif. 79. per totam, dicens ita pronuntiatum per factum Regium consilium Neapolitan.

- 18. Non obstat communis opinio pro contraria parte relata, quia ipsa procedit in errore iuris actui non assentientis nec interdicentis, scilicet vero est, si ius prohibeat vel contradicat, ut in alienatione rerum Ecclesiae sine debita solemnitate contingit, quia omnia iura id prohibent atque interdicit, ut supra quoque cum communis est dictum. Per quam declaratur & limitatur prima communis opinio in contrarium adducta, ut idem interpretis sigillatim fatentur atque testantur, & refert plures Lambert. ubi supra, nu. 121. Secundo modo potest responderi, non esse veram d. communem opinionem pro contraria si parte adductam, imo verius esse in d. d. iudicte iuris errorum non prodest ad acquisitionem fructuum, ut subtiliter & cum iudicio optime defendit Pinell. ubi supra, pluribus numeris tenens quoque contra eandem receptam sententiam, nullam esse in hoc differenciam inter alienationem rerum minorum & Ecclesiarum, sine solemnitate debita respectu acquisitionis fructuum, sed utroque casu ipsos esse restituendos per bona iura & rationes, quas adducit, optime faciens iuribus in contrarium adductis. Tandem nu. 43. non dubitat (si attente & cum iudicio per eum adducta attendantur) non solum verius, sed & receptius dicendum fore, ut error iuris ad acquirendos retineat dosque fructus non valeat, quod sit in aliis. In rebus Ecclesiae alienatis non seruata iuris solemnitate constitutum atque receptissimum est, idque verissimum ex iuribus supra allegatis, errorem iuris non sufficere ad fructus acquirendos, imo ipsos simul cum re male alienata esse restituendos, ut in d. l. iubemus nulli, §. praedia, & in d. c. si quis presbyterorum, & communi resolutione doctorum iuris decisione munita, quae minime admittunt restrictionem Innocentii & sequacium, nec ipsa vera vilo modo potest esse in nostro casu per supra dicta: Eandem communem sententiam veriorum esse arbitratur, plures auctores eam tenentes referens Lambert. ubi supra, nu. 119. & 123.

SUMMARI A.

- 1. Omnis conuentio vel contractus, dolo vel metu celebratus, etiam cum iuramento, annullatur vel rescinditur, impetrata prius absolutione a iuramento.
- 2. Metus cadens in constantem virum is est, qui illatus cogit quem eligere minus malum ob maius malum sibi imminens effugiendum. *metus exigitur in famina, quam in viro. hic probatur conuictus, indicis & per testes. coactionis sufficit ad rescindendum contractum in iuramento. tormentorum idem operatur, quod questio ipsa. eius naufragii idem operatur, quod naufragium in armorum idem operatur, quod arma ipsa operantur. si armatus ad latrus alienatus, tunc arma non motus, dicitur opem ferre ei, cui affert. si iustus, qui cadere possit in constantem virum, irimonium visus, etiam si arma semel summa sibi deposita.*

- 11. Timor inferenda violentiae, licet illata non sit, electionem non vitiat.
- 12. Metus cadens in constantem virum, quis dicatur, relinquatur arbitrio iudicis.
- 13. Index prudens ac diligens iustum metum arbitrabitur iuxta personarum qualitates.
- 14. Testibus duobus de metu deponentibus magis credendum est, quam centum, vel mille de spontanea voluntate.
- 15. Metus probato, actus ob eum factus, etiam ex inter nullo, vitatur.
- 16. Metus reuerentialis cum minis prolatis a solito eas exsequi, sufficit ad rescindendum contractum.
- 17. Metus patris, vel matris, quibus casibus sufficit ad rescindendum contractum, sufficit etiam metus fratris illatus sibi iuniori: idem est in fratre respectu fratris maioris natu, & in metu reuerentiali patris.
- 18. Probabilis est coniectura metus, cum quis cum eo contrahit, quem in superiorum recognoscit, & cui aduersari non audeat.
- 19. Maior praesentia quando sola ipsa metum probabit.
- 20. Metus reuerentialis cum enormi laesione simul, operatur contractus, etiam iurati, rescissionem.
- 21. Contractus etiam iuratus rescinditur ob solam enormissimam laesionem absque metu impetrata absolutione a iuramento.
- 22. Magna quantitas, ut dicatur enormissima laesio, dicitur sexta pars totius, & nu. 23. ponuntur exempla, quae in practica contigerunt enormissima laesionis, ob quam fuerunt rescissi contractus.
- 23. Interueniens amicorum vel propinquorum non sufficit ad tollendum metum praecedentem, licet grauet actorem onere probandi metum duriorum, vel grauiorem, minus parat praed. metum, si enormem laesionem quis ex contractu passus sit, nu. 24.

CONSILIUM XVI.

IN nomine Domini, Amen. Vbi processu inter dominam Catharinam ex una, & matrem & fratrem ipsius ex altera partibus, super annullatione vel rescissione instrumenti ab eadem filia vi confecto, in quo annullant aliquid instrumentum prius a matre confectum in fauorem ipsius atque fratris sui, quo promissum neminem filiorum meliorare, sed quod ambo, scilicet frater & soror diuiderent aequaliter bona materna, intentio atque petitio eiusdem Catharinae, facta iusta videtur atque pro ea esse necessario pronuntiandum, nepe, quod instrumentum factum a praed. filia, sit nullum, vel saltem rescindendum, confectum vero prius a matre, esse seruandum, atque per consequens, minime posse praed. matrem d suum filium in aliquo meliorare: sed omnia bona ipsius aequaliter esse diuidenda post mortem suam inter dictos suos liberos, sequentibus fundamentis ostenduntur. ¶ Primo, quia omnis conuentio vel contractus dolo vel metu celebratus etiam cum iuramento, annullatur vel rescinditur impetrata prius absolutione a iuramento, ut in auth. sacramenta puberum, c. si aduers. vend. ubi, per vim autem vel per iustum metum extortia. Idem probat tex. in c. quamuis pactum, de pact. in 6. ubi, non vi, nec dolo praestito, & in c. si vera, & in c. cum contingat, de iur. iur. ubi, sine vi vel dolo, cum similibus ubique notata communiter Doct. & ipse post eos scripti in praed. locis referens leges Regias idem probantes. Vnde cum in praesenti processu sit probatus metus & coactio tribus testibus, consequens est, ut praed. scriptura a filia celebrata veniat annullanda, vel saltem rescindenda, etiam si sic iurata, cum tuerit prius impetrata absolutio a iuramento, & in processu producta. Et quod metus probatus, sit sufficiens, probat, quia metus cadens in constantem virum is est, qui illatus cogit quem eligere minus malum ob maius malum sibi imminens effugiendum, ut ex pluribus probat & sequitur D. Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 3. §. 4. n. 2. ¶ Minor tamen autem metus exigitur in femina, quam in vi-